

Ingenuit studium illud libertatis aucta.
Et res est aduersa, virum seruire maritæ,
Et res aduersa est, quod pascere cogeris illam,
Cui seruis: reliqui ex Domino pendere videntur
Serui, sed misere tu pendes totus ab illa.

En ego sum Dominus, sum liber Baro, vagorq;
Quo mecumq; pedes ducunt, & cœno ubi nostro
Est genio visum, conuiuor, lusito, nugor.

Hæc duplicant animam, hæc superant dulcedine mella.
Te residere domi (cen claudus futor) oportet.

Quod si detrectes, lis prompta & garrula lingua
Noctes atq; dies miserum conuitia torquent.

I nunc & verbis thalamum defende superbis.

TIT. Hæc duplicant animam? hæc superant dulcedine mel-
Gaudia qua& soli prosint? qua& dulcia soli (la?)
Esse queant? qua& nam soli sit tuta voluptas?
Quantumuis ludas, nugeris, sive vageris,
Ni comitem adiungas socialibus vndiq; pompis.
Vel quid seruitio, quod verbis exprimis, isto
Liberius? quid quo& iugo sit dulcius isto?
Neuter ubi solui cupit, aut deponere vincla,
Nec iactare iugum meminit, nec frendere ad auræ.
Hoc ego non redimam pretiosi dote metalli,
Quod iactare Tagus solet auricoloribus vndis.
Adde quod hand erepta mihi est (velut, improbe, fin-
Candida libertas, nos, ò nos liberi, at ipse (gis)
Et